

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 9440

**Auteur(s) :** Juhel III, Mayenne (seigneur)

**Bénéficiaire(s) :** Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1190

**Lieu d'émission :** Mayenne

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Juhel de Mayenne confirme à l'abbaye de Savigny les aumônes faites sur sa terre.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Paris, Arch. Nat., L 972, n° 686.

## Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Cenomanensi, n° CXVIII)

Texte d'après A

Juhellus Meduane dominus omnibus baronibus senescallis servientibus ministris prepositis vicariis et omnibus fidelibus tocius terre sue salutem. Notum sit vobis et omnibus fidelibus tam presentibus quam futuris quod ego pro salute anime mee et pro salute patris et matris mee et omnium antecessorum ac successorum et amicorum meorum dedi et concessi abbacie et monachis Savigneii omnes terras possessiones et elemosinas quas habent ubicumque per totam terram meam et ipsam abbatiam et abbatem et monachos et conversos et eorum homines et servientes et omnes res ad ipsos pertinentes in mea accepi custodia et protectione et defensione ideoque ut predictae abbacie possessiones omnes pacem firmam et perpetuam habeant eas in presenti pagina nominatim conscriptas sigilli mei munimine roboravi. Habent siquidem predicti monachi ex dono Galterii de Meduana proavi mei et concessione Hervei Carbonelli et quorumdam hominum suorum nemus et terram de Pontepetri cum pertinentiis suis. Ex dono predicti Hervei Carbonelli Merreium Merreolum et Meireochet. Ex dono Hamelini de Exclusa terram Montis Clari et Catheram Normannorum et Chamocen Magnum et Chamocen Parvum et Breilorset et Monflueant. Ex dono Gervasii de Breil de Landis terram de Breil de Landis. Ex dono Roscelini de Berleio terram de Esventedos et Longum Boscum. Ex dono Willelmi de Gorran et hominum suorum terram de Livareio. Ex dono Herberti de Ineio terram de Columbers. Ex dono Fulconis Carbonelli terram de Calumnis inter Doretam et Desertines. Ex dono Geslini de Poeio camum unum in terra de Calumnis. Ex dono Willelmi de Maloseio concedente Symone de Berloio terram de Maloseio. Ex dono Willelmi de Berloio et Willermi de Desertinis exclusagium et ductionem aque ad molendinum de Domnipetra. Item ex dono Willelmi de Berloio V solidos redditus in molendino suo de Groleio. Ex dono Roberti Bastart concedente Hamelino de Exclusa et Gervasio et Rangeria terram quamdam in Mesnillo Giroart juxta Chamocen Magnum. Ex dono Willelmi de Landevi et Geslini de Poeio terram quam Marchasium

vocatur et rivagium aque Chambe. Ex dono Willelmi presbiteri de Landevi concedente Philippo de Landevi et Geslino de Poeio terram de Marcelleio cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Ricardi de Landevi et Galteri fratris ejus concedente Philippo de Landevi terram de Telleio. Ex dono Ricardi Bastart et marie neptis ejus quandam partem terre de Teilleio. Ex dono Geslini de Poeio et Ricardi de Landevi concedente Philippo de Landevi Habitum Alberti cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Giraudi de Landevi concedente Geslino de Poeio et Ricardi de Landevi terram de Valle Rainbaudi cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Philippi de Landevi et Geslini de Poeio et Ricardi de Landevi rivagium aque Chambe cum omnibus pertinentiis suis a Marcilleio usque ad Marchaisium et ab ipsa aqua usque ad cilium montis. Ex dono Geslini de Poeio concedente Hamelino de Exclusa et Lamberto Ivas habitum de Curvafossa cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Willelmi de Landevi XII acras in bosco Geslini. Ex dono Philippi de Landevi et Ricardi de Poeio concedentibus omnibus filiis ejusdem Ricardi terram de Perdrieria cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Roberti Avenel concedente Philippo de Landevi oscham terre in vico de Landevi. Ex dono Radulfi filii Angerii concedente Hamelino de Montegirulfi et Gondreia uxore ejus et Hamelino et Gaufrido filiis eorum terram de Curvafossa cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Hamelini de Exclusa concedente Gaufrido fratre ejus terram suam de Bigoteria. Ex dono Osmundi Piscis duas partes decime de Silvigneo et unam plateam et domum cum orto et oscha in Silvigneo. Ex dono Hugonis de Valletorta et Engerranni fratris ejus et Radulfi de Valletorta decimam de Valletorta et de Rogeaune et de Monhage et decimam que fuit Gervasii de Sancto Hylario et pratum Destorne et masuram unam in villa de Valletorta et masuram et clausum inter Sanctum Albinum et Vallem Tortam omnia libera et quieta. Ex dono Gaufridi de Montegirulfi concedente Willelmo et omnibus aliis liberis suis totam terram suam dominicam de Jarzeio cum stanno et molendinum cum omni molta sua. Ex dono Hugonis de Montegirulfi totam terram suam de Vado de Breves. Ex dono Hugonis de Baseiles concedente Radulfo filio ejus apud Vilaniam quartam partem tocius feodi Pichons cum omnibus pretis ultra cheminum de Poncello de Bieze et duas partes galbarum tocius decime de Calumniis. Ex dono Johannis de Mesnilaugis et Roberti fratris ejus apud Lacaium medietariam de Fontenella et campum Grossini. Habent etiam predicti monachi medietariam de Argenceio quam emerunt de Willelmo Fretigneio concedente Hamelino Poun domino ejus. Habent etiam predicti monachi medietariam de Valle Curba cum omnibus pertinentiis suis quam emerunt de Radulfo de Chantrigneio concedente Guidone de Sancto lupo domino et Willelmo Morier jus suum similiter concedente. Ex dono Henrici de Bosco Berengerii terram de Valhaie cum pertinentiis suis. Ex dono Juhelli Porci et Radulfi filii ejus concedente Willelmo et Juhello fratribus ejusdem Radulfi apud Erneiam domum et plateam in qua mansit Radulfus de Sancto Salvatore et oscham terre et X solidos cenomannensium redditus in molendinis suis de Erneia. Ex dono Egidii de Gorran et Willelmi filii ejus terram de la Mahellee et msuram de Racineio et totum tenementum quod fuit Fulconis de Chemino et in Thaoneria masuram Alberedi La Brodere et masuram de Quercu. Ex dono Radulfi Tornee masuram unam in Thaoneria. Ex dono Emme de Montgerol concedente Gaufrido filio ejus medietariam suam de Montaudein. Ex dono Heluini de Bosco en Jerin concedente Radulfo de Valletorta terram que dicitur la Fichepaliera et terram que dicitur La Moranderia. Ex dono Roberti de Landevi et Willelmi filii Guidonis concedente Willelmo dicti Willelmi filio terram que dicitur Leschaceria cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Hamelini Ferrant in parrochia Sancti Elierii masuram unam. Ex dono Johannis medici concessione filioli de Meduana et ex dono Unfridi vineas quasdam apud Montagu. Ex dono Willelmi Fevver et Giraldi filii ejus totum quod habebant apud Gardam concedente Pagano de Rochis. Ex dono Willelmi filii Lecie vineam de Breies et pratum concedente Willelmo de Grezeio. Ex dono Pagani de Garda concedentibus filiis suis Hamelino, Willelmo et Roberto et Pagano de Rochis totam terram suam de Garda. Habent etiam predicti monachi vineam quandam quam emerunt de Johanne nepote et Oriolt de Fontana. Habent apud Gardam predicti monachi terram et pratum que emerunt de Gaufrido de Garda concedente Gaufrido filio ejus et Pagano de Rochis. Habent etiam predicti monachi totum tenementum quod fuit Ernulfi de Montaugier apud Gardam in terris, vineis et pratis et nemore que omnia emit Ysabel mater mea de predicto Ernulfo et filiis ejus Hamelino et Garino concedente Pagano de Rochis. Habent etiam predicti monachi apud Gardam totum tenementum Aie uxoris Roberti Le Pochoner in terris, in vineis, pratis et nemore que emit Ysabel predicti monachi apud Fontem Audomari X libras andegavensium annui redditus unde duo monachi presbiteri in alimentis et vestitus sustententur qui pro ea et amicis suis orationes et sacrificium altaris jugiter in perpetuum offerant Deo. Ex dono meo proprio habent predicti monachi X libras andegavensium annui redditus unde in abbatia Savigneii unus monachus sacerdos in alimentis et vestitus necessaria habeat in perpetuum qui pro me et pro pater meo et matre mea et omnibus antecessoribus et amicis meis vivis et defunctis orationes et sacrificium salutare jugiter in perpetuum offerat Deo et unde omnis conventus Savigneii habeat annuatim pitanciam de pane candido et vino et piscibus recentibus in festo sancti Georgii. Habent etiam predicti monachi ex dono meo proprio XIII denarios et obolum qui michi solvebantur annuatim de tallia pro feodo

de Garda. Ex dono Moroli et concessione Willelmi de Monteneio terram des Ponceaux juxta hospitalariam de Castellonio cum omnibus pertinentiis suis. Omnes igitur donationes elemosinas et possessiones que hic enumerate sunt ita libere et quiete predictis monachis de Savigneio concessi, dedi et confirmavi quod nichil in eis juris vel servicii secularis michi seu heredibus meis retinui ob hoc solummodo divinam retributionem expectans. Volo itaque et constituo ac firmiter precipio quatinus sepenominati monachi supradictas donationes possessiones et elemosinas habeant, teneant et possideant libere, quiete et pacifice, integre, plenarie et honorifice cum omnibus pertinentiis suis in hominibus, terris, vineis et nemoribus, in aquis et stannis et molendinis et in omnibus aliis rebus et ipsi monachi et eorum conversi et eorum homines et famuli et omnes res ad ipsos pertinentes per totam terram meam habeant firmam pacem et perpetuam libertatem et omnem quietanciam ab omni consuetudine et servitio et exactione et theloneo et pontagio et passagio et ut homines monachorum eorundem cum hominibus meis legitimam communionem habeant in vendendo et emendo in pascuis, in aquis, in viis et semitis et haiis et reiveriis, in bosco et in plano et in omnibus locis. Facta est hec mea donatio, concessio et confirmatio anno ab Incarnatione Domini M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXXX<sup>o</sup> apud Meduanam eo videlicet anno quo prrexerunt Jerusalem, presentibus istis et testibus, Juhello abbate de Buxeria, Raginaldo abbate de Veterivilla, Willelmo abbate de Campania, Mauricio de Creon, Ysabel matre mee, Willelmo de Erkeneio, Roberto de Landevico, Willelmo de Corcesiers, Hugone Monner, Herberto de Logeio, Willelmo de Bosleio, Hamelino de Ossel, Guidone Ossel et aliis multis.